



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Statuta prouincialia et synodalia ecclesie Colonie[n]sis (Köln)

Colonie, 29. IX. 1492

Jte[m] q[... ] Gl[or]ia in excel[sis] sit ca[n]ta[n]du[m].

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30901**

## Statuta

sanctorum innocentium. Festus quoque pasche in quocumque mense accidat. Et festum penthecostes cum tribus diebus sequentibus ac dies ascensionis domini per se solent celebrari. Et volumus crastinum beate marie Magdalene quo corpora trium regum Colonia puenit. Et die dedicationis ecclesie. videlicet die beatorum Cosme et Damiani Coloniae tantum. sicut in die apostolorum cum solentate diuinorum et celebratio de populo obseruari. Preterea quilibet ecclesia festum sui patroni. et dedicationis solent pagari. Dia non festa predictis exceptis non precipimus solent obseruari. Sed deuotionem hominum relinquat ita quod qui noluerit celebrare propter hoc non culpam nec penam incurrat. Prouiso tamen quod in dictis festis et in alijs infra scriptis. videlicet Fabiani et Sebastiani Agathe virginis Gregorii pape Benedicti. Ambrosii episcopi. Diuini apostolorum Augustini episcopi. barnabe apostoli. Egidij abbatis. Lamberti. Mauricii et sociorum eius. Iheronimi presbyteri. Remigij. Dionisij. Luce euangeliste. et lectioes obseruent. Ista tamen festa nisi ultimo postea nolimus ut populus cessando a suis opibus celebrare teneat.

**Quoniam gloria in excelsis sit cantandum**

Et statuimus ut in festo annuntiationis et in festo purificationis beate virginis marie et beati petri ad cathedram. beati Mathie apostoli. quoniam infra septuagesimam euenerit. Te deum laudamus. et Gloria in excelsis decantetur. Hoc adiecto quod quicunque Gloria in excelsis in quocumque festo decantat. super Te deum laudamus cantabit proter in tribus diebus hoc est in pasche in penthecostes vigilijs et in sancta nocte natiuitatis domini ante primam missam. et deum non cantabitur.

**Que ferie sunt ieiunande.**

Et statuimus quod in omnibus vigilijs videlicet assumptionis beate marie virginis. festorum pasche. penthecostes. natiuitatis domini. necnon apostolorum. et omnium sanctorum. ac beati Laurentij

## Henrici.

martyris. Cum quarta et sexta ferijs ac sabbato quatuor temporum ieiunent. Ab his excipiuntur vigilie beati Iohannis euangeliste. et philippi et iacobi apostolorum que non ieiunantur. Letania maior. que est in die marci euangeliste. et letania minor que obseruantur per tres dies rogationum. videlicet scilicet tertia et quarta feria. Necnon secunda et quarta feria. ac sabbato post dominicam Misericordia domini. pro subitanea morte secundum consuetudinem dioecesis Coloniensis. a carnibus abstinendo. a fidelium populo tenetur. Sanctorum quoque vigilie ieiunantur. quorum festiuitates feria secunda occurrunt. in precedenti sunt sabbato ieiunantur. Ieiunium vero sabbati locorum consuetudinibus durimus reseruandum.

**Qualiter bissextus sit obseruandus**

Item cum nonnulla discrepantia inter ecclesias conueniales et prochiales in officijs diuinorum de anno bissexti frequenter existat. Statuimus quod quocumque anno bissextus occurrat. quilibet ecclesia vigiliam beati Mathie apostoli super quam quarto anno ipse bissextus cadit. ipsam vigiliam beati Mathie apostoli bissexto kalendas Martij in una littera kalendarij habendo pro una die computando. in sequentem diem proroget et vltima die post vigiliam eandem festum beati mathie apostoli celebret iuxta hos versus. Bissexto sexte martis tenere kalende. Posteriore die celebrantur festa mathie. Si cadit in lucem domini suppone sequentem. Terminus et festum nunquam celebrantur eodem. Quod sic intelligendum est. quod si annus bissextus tunc dies illa que si non esset annus bissextus foret ipsa dies festi beati Mathie. erit vigilia dei festi. et deinde posteriori die celebrabitur festum nisi tunc in lucem domini. id est in diem dominicam enemat. quo casu trans